Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



96

erunt per ordines suos. habebuntq; nomina filiorum israel. Quod & in nominib; celabuntur singuli lapides nominib; singulorq per xii tribus.

Haec gemmarũ positio diuersarum in rationali multiplicem uariarũ uestitũ gratiam designat. quae concordi serie disposita in sacerdotis deb& corde semper apparere. Singuli aũ lapides singulis patrũ nominib; inscribuntur. dum scorũ uitam rector inspiciens qui quib; maxime uestitum operib; floruerẽ sedula inquisitione scrutatur.

Et haec cuncta in abditissui p&toris meditando colligere atq; operando proferre satagit, Neque enim sine cesti ratione sacramẽta utraq; uestis lapidib; pr&iosis redimita ac patrũ nominib; insignata ẽ. Ipsa nomina in superhumeali quidem duob; lapidib; uniuseiusdemq; generis. In rationali uero xii nominib; diuersi generis inscripta sunt. Sed quod patres in lapidib; pr̃iosis uniusatq; dissimilis generis sculpti sunt. significat apostolo quod una fides indẽ eadem caritas communis spes uitae caelestis. omniũ corda patrum replere&.

Quod uero diuersi generis & lapidib; idem inscripti sunt. denuntiat figurate quia multiplex ẽ uarietas & gratia bonorũ operũ. quibus praefatas scor